



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



# JUS PRINCIPIS

## IN SUBDITOS TEMPO- RARIOS,

ANNUENTE DEO OPT. MAX.

SUB PRÆSIDIO

*JURISCONSULTI CONSUMMATISSIMI*

DN. PHIL. REINHARDI VITRIARI, ANTECESSORIS IN ACADEMIA, QUÆ LUGDUNI APUD BATAVOS FLORET, CELEBRERIMI, DOCTORIS SUI VENERANDI,

*In publico eruditorum congressu defendet*

GEORG. HENRICUS BERTLING, *Einb.-Saxo.*

A U C T O R.

In Auditorio Jurisconsultorum.

*Ad diem 18. Junii, St. N. hor. antem.*



LUGDUNI BATAVORUM;  
Apud ABRAHAMUM ELZEVIER,  
Academiae Typograph. MDC LXXXIX.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 354

LECTURE 11

STATISTICAL MECHANICS



DISSERTATIONIS DE JURE PRINCIPIS

IN

# Subditos Temporarios

C A P. I.

## De Imperantium ac Parentum

origine, nec non de Subditorum  
differentia.

I. *Discrimen inter homines necessarium.*

II. III. *Imperandi parentisque ordo non est ex-  
psu primorum parentum sed à Deo & Naturâ.*

IV. V. VI. *Principatus causa. Majestatis est  
DEUS Opt. Max.*

VII. *Eadem Parentum, quæ Imperantium origo.*

VIII. *Quinam sint subditi: Quid Jus Princi-  
pis in Subditos Temporarios.*

§. I. **P**ost lamentabilem primorum Parentum la-  
psum, non potuit hæc mundi machina substi-  
tere sine notabili quodam inter mortales di-  
scrimine: Adeo perversi plerorumque facti  
sunt animi, ut nisi essent, qui suâ auctori-  
tate cæteros regerent, quosque reformidarènt improbi; præcul  
dubio

A

dubio omnia violenta ac iniusta contra se invicem tentarent homines. Debit igitur justissimus Deus Majestatis suae quosdam constituere vicarios, qui scelerum potissimum essent ultores, & quasi Dei locum in Terris subirent,

§. II. Hæc uti veritati omnino sunt consentanea, ita à me in dubium nequaquam vocabuntur. Videntur autem non levitè errare, qui omnem imperandi parendique ordinem ex isto protoplastorum lapsu deducunt, persuadentes sibi, Societates humanas commodè eodem carere potuisse, si modò sanctitatem retinissent, quâ, simulac erant conditi, fulgebant primi homines. Opinionem hanc argumentis validissimis destruit celeberrimus *Dr. Baclerm in comment. ad Gros. l. 1. c. 3. pag. 206.* Ubi hunc inter homines ordinem à Deo & ipsâ Naturâ esse, non dubitat asserere.

§. III. Sanè. ἀνθρώπων τῆ φύσεως ζῶον πολιτικὸν εἶναι, hominem esse animal aptum natum ad societatem, dudum benè dixit *Aristotelis 1. Pol. 2.* Quod estatum firmiter stat talo contra ea, quibus *Thom. Habbes c. 1. de Civ. n. 2.* & alij idem evertere conati sunt. Postquàm igitur ipsa Natura societatem appetit, non potuit non perfectissimam eligere, quæ est Civitas, hæc autem sine Imperante idem foret quod corpus sine animâ. *Vid. Gros. l. 2. de J. B. & P. c. 9. §. 3.* Neque huic adversatur, quod homo, nisi peccasset, spontè faceret quod sui est officii, quodque sic nullo Superiore cogente opus esset. Eleganter hunc scrupulum removet idem *Bacl. loc. cit.* dicens; quod Imperium minime in solâ vi *δυναμικῆ* consistat, nam hoc modo Deus ne Angelis quidem imperaret, qui spontè & alacriter omnia jussa exequentur. Et profectò, ni multum fallor, indignum foret homine creaturatum nobilissimâ, societates ordinè destitutas colere.

§. IV. Quibus verò contingit supremâ potestate in Civitate frui, illis à summo rerum omnium Arbitro tantum decus confertur. Ita ut optimâ ratione sola Majestatis causa principalis Deus dicatur. Non paucos quidem electio, quam per successionem continuari arbitratur *Gros. l. 1. c. 3. §. 10. n. 5.* ad tantæ dignitatis fastigium evehit, unde distinctio inter causam Majestatis mediatam & immediatam nata videtur; At eo non obstante, firmitèr credo, quod speciali Dei providentiæ omnia

iu hoc negotio tribuenda sint, quodque electio minùs principalis tantùm causa sit, quæ ignobilior est, quàm ad tantum producendum effectum requiritur.

§. V. Majestatem Dei vicem gerere, sole meridiano est clarius. Dei autem Vicarium aliunde quàm ab ipso Deo posse constitui, vix affirmaverit veri studiosus animus. Qui populo facultatem tribuit tantam auctoritatem impertiendi, illi rectissimè opponitur, quod ægrè cum aliis communicemus, quod ipsi haud possidemus. Hinc, me iudice, citra injuriam dici haud potest, quod Regum Sanctitas, inviolabilitas, & ut cætera taceam, jus vitæ & necis, quod nemini mortalium in se ipsum concessum, *Grat. l. II. c. 21. §. 11. n. 2.* à plebeja liberalitate proficisci queat. Stet ergò immotæ instar regulæ, quod causa Majestatis Deus sit, quæ nullam aliam principalem admittit, instrumentales autem non planè rejicit. *Vid. magni nominis J. Crum Ziegler. in not. ad Grat. l. c. c. 3. & imprimis Dn. Massum Theolog. Hafniens. in tract. de interesse Princip. circa relig. Evangel. c. 4. ubi contra Dn. Pufendorffiam lib. VII. de Jur. Nat. & Gent. c. 3. §. 2. in nonnullis dissentientem disputat.*

§. VI. Inter tot S. Scripturæ loca, è quibus illud evidentè probari potest, eminent testimonia Regum sapientissimi Salomonis, *Prov. VIII: v. 15, 16.* Ubi Deus Opt. Max. inquit: Per me Reges regnant, & legum conditores decernant justa. Per me Principes imperant, & potentes judicant Terram; nec non Gentium Doctoris Pauli *ad Rom. XIII: v. 1.* Non est potestas nisi à Deo, quæ v. sunt potestates à Deo sunt, &c. Hunc peculiarem Numinis interventum luculentè itidem probant exempla tam in sacris quàm profanis historiis obvia. Illorum aliquot collegit *Frideric. Hornium lib. XI. de Civitate c. 1. §. IV.* quibus meritò addendum existimo, quod prælenti anno vidimus, ubi Deus Augustum GUILIELMI III, Britannici Monarchæ, caput Regiâ coronâ cinxit, nil affectante ipso optimo Principe. Modo videlicet incredibili omnium animos in ipsum convertit, & publicas clandestinasque potentissimorum hostium machinationes frustraneas reddidit. Quo ipso luculentè ostendit, quod nulla elementorum vis, nullæ fraudes, nullum robur obstat, quo minùs Vicariatum cui velit conferat; id licet fiat contra opinionem omnium, & multorum animos planè attoni-

tos faciat. Non inelegans argumentum *Horn. loc. jam cit.* exinde quoque deducit, quod etiam gentes immanitate barbaræ tam reverentèr de suis paritèr ac aliorum Regibus sentiant, & prout Majestatem colant, quod ab ipsis non esset sperandum, nisi feroci pectori cælitus quasi esset immisssa debita Dei Vicariis reverentia.

§. VII. Certè, ut quod res est dicam, tantæ dignationis summum istud inter homines est Imperium, ut non nisi summam causam possit agnoscere. Quibus enim Deus Majestatis characterem impressit, (sive uni Regi, sive pluribus qui par Regibus jus obtinent, quales sunt optimates & populi liberi *Grot. l. 1. c. 1. §. 1.*) illi nullius arbitrio subiecti sunt, Naturalibus ac Divinis legibus tenentur, civilibus soluti sunt *l. 31. ff. de LL.* Quæcunque scelera committant, judicem in Terris non habent, sed sola Divina vindicta ipsis imminet, *Grot. l. 1. c. 3. §. VIII. c. IV. §. 2.* Pares quidem agnoscant, neutiquam vero superiores, & qui extra S. Sanctas ipsorum Personas in civitate vivunt, omnes ipsis subiecti sunt. Ex quò spontè fuit, quod eadem Imperantium ac parentum tanquàm reatorum origo sit. Scilicet Deus & ipsa Natura, cujus ille Auctor est, his duabus partibus Respublicas constare voluerunt, ut nimirum isti, quibus juxta Tacitum summum rerum arbitrium est datum, haberent, in quos potentiâ suâ activâ agerent, nampe in eos quibus obsequii gloria relicta est. Altera itaque pars est sublimior, altera inferior, utraque necessaria.

§. VIII. Omnes qui numero Imperantium exempti sunt, subditos hodiè vocamus. Quâ voce illos quoque complectimur, quibus aliquid potestatis à Majestate concessum est, quales nostris moribus sunt Consules, Prætores & alii. Nam habitâ ratione supremæ potestatis, à quâ ipsi dependent, non possunt non subditorum accenseri cœtui. *Grot. l. 1. c. IV. §. VI. n. 1, 3.* Veteres Civis voce erant contenti, verùm quia multi dantur subditi qui non sunt cives, & ipse summus Princeps tanquàm potior civitatis pars & vitalis spiritus, quo coheret, haud incongruè Civis dici potest, non videntur sibi æquipollerè Civis & Subditus.

§. IX. Dd. Politici Subditum delineant, qui in conditione parendi positus, Domino suo & corpore & rebus est obligatus.



tus. *Clasen. l. iv. Pol. c. 7. §. 3.* Ex quo deducunt quod non sine veri subditi (1) Incolæ, quoque *Pomponius in l. 239. ff. de V. S.* vocat *neopolitæ* quasi juxta habitantes, qui non sunt partes Civitatis, quamvis ex privilegio habitandi jus ipsis concessum sit. Uti in Germaniâ sunt Judæi, de quibus *vid. Inst. Jur. Publ. Excell. Dn. Præsid. l. 3. tit. 17. pag. 492. seq.* (2) Peregrini, qui tantum ad aliquod tempus in alienâ versantur republicâ, ubi domicilium nullum habent: Ista quidem cum veritate non multum pugnant, nisi quod cives cum subditis quodammodo confundi videantur, *Conring. Dissert. de Civ. & Civis. 9. 3.* Ast cum subditi ad duo potissimum teneantur, nimirum ad fidelitatem & obsequium, ipso fatente *Clasen. cit. loc. §. 4. 5.* & omnes peregrini in civitate ubi vitam degunt, Principi & fideles & obedientes esse debeant, seque legibus & consuetudinibus loci conformes gerere; optimo jure & hos subditos appellaveris, & quidem ut ab aliis discernas, Temporarios. Quo nomine eos insignit Gloria eruditi orbis Hugo Grotius, in æterno de Jure Belli ac Pacis opere *l. 11. c. xi. §. 5. n. 2. infra.* Jus igitur Principis in Subditos Temporarios, nihil mihi exit aliud, quam potestas in res & personas horum peregrinorum supremæ potestati competens.

## C A P. II.

# De Subditis Temporariis in specie.

I. *Descriptio Subditorum Temporariorum.*

II. *Fundamentum Subjectionis Temporalis.*

III. IV. V. *Modi quibus fiunt Subditi Temporalii.*

VI. *Vagabundi non sunt liberi à subjectione.*

VII. *An juramentum sit de essentiâ Subditi.*

A 3

VIII. *An*

VIII. *An Rex in alterius Regno vivens fiat Subditus Temporarius.*

IX. *Quid discendum de Principibus Imperii, si sint extra Imperium.*

X. *Quid denique de Regum & Principum Legatis?*

§. I. **U**t propius ad ipsum nunc accedam negotium, non absre erit descriptionem aliquam Subditi Temporarii suppeditare. Liceat talem formare: Subditi Temporarii sunt personæ, quæ per aliquod temporis spatium in alienâ civitate vivunt, sine animo perpetuò ibidem commorandi, constituendique domicilium. Alicitè paulò delineat *Horn. de Civit. l. 11. c. 12. §. 1. n. 7.* Ex ipsis nifallor, verbis facili negotio apparet, in quonam præcipuè subditi, de quibus mihi sermo est, à perpetuis, nec non ab incolis differant. *jung. cap. præc. th. ult.*

§. II. Fundamentum hujus ad tempus durantis subjectionis in eo videtur positum, quod ubicunque locorum spiritum hauriamus, aut ex Imperantium aut ex parentium numero esse debeamus. *Grøt. l. 11. c. 18. §. 4. n. 5.* Ipsa rei naturâ hoc efflagitat; de quo qui dubitat, perpendat quæso quanta inter mortales futura confusio, quantæque in rebus publ. seditiones, hunc si tollamus morem, erupturæ sint. Quibus itaque peregrini accensendi, breviter dispiciendum. Quicumque aliquâ Imperandi potestate sunt præditi, aut dependentèr aut independentèr hanc prærogativam habeant necesse est. Sive quod ab eo non est diversum, vel Majestas sint, quæ fons est & scaturigo omnis jurisdictionis, vel Magistratus, qui suam exinde derivat. *v. Bæcker. Inst. Pol. l. 2. c. 5. num. 3, 8.* Quod ad neutrum horum referri possint peregrini, mihi quidem certo videtur certius. Huc accedit, quod acriter olim disputatum, utrum in benè constitutâ republ. admittendi sint alienigenæ, de quo *vid. Arnif. op. pol. c. 12.* Saniores civilis prudentiæ Dd. vel hâc ratione admissiorem evincunt, quod grande monumentum amplificandæ civi-

civitati afferat, idque ingenti exemplorum serie illustrant. *Vid. Dn. Becmann. dissert. de indigenatu §. 14.* Prævalet absque dubio horum sententia, interim ex eo, quod Viri eruditi calamum ob hanc litteram in se invicem strinxerunt, inferre licet, quod nulla gens adeò demens & contemrix sui præsumatur, quæ advenas & peregrinos sibi imperare velit. Omnes itaque erunt parentes seu subditi, nisi quid sit, quod subjectionem impediat, de quo paulo post agendi locus erit.

§. III. Subditi Temporarii potissimum consensu tales fiunt, quem modo expressum, modò ex facto præsumtum esse docet experientia. Scilicet consumturi aliquòt annos vel menses in alienâ civitate, solemus sæpe numero Magistratui patefacere nostrum propositum, utque albo alicujus ordinis inferamur petere. Quem modum non inconvincit cooptationem dixeris cum *Aristot. 3. Pol. 5.* Qui studiis se devoerunt hoc observare amant, dum in Academiis coram Rectore nomina sua profiteantur, seque fundatoribus fideles & legibus obtemporantes fore, fidei sacramento vel stipulatâ manâ, prout cujusque loci mos fert, promittunt. Quod ne nimium differatur, statuto cautum esse solet, *vid. Limmann lib. VII. Jur. publ. §. 6. n. 27. sequi.*

§. IV. Alii contra suum adventum nemini denuntiant. Sic profectò innumeri Venetiis, Amstelædami, Londini & in aliis mundi emporiis vivunt quorum præsentiam planè ignorant, qui ad clavum sedent reipubl. Isti nihilo tamen minus, dum aliè nam civitatè ingrediuntur, & in ea versari optant, ipso facto legibus & consuetudinibus, hæc consequenter illi penes quem est *inceptor*, tanquam Legislatore, l. 3. C. de ED. & consuetudinum approbatori l. 32. l. 35. ff. cod. se subjiunt. Ad de omnino *Grot. l. 11. l. 21. §. 5. n. 2. in fin.*

§. V. Notandum, quod etiam Nativitas subditum Temporarium efficere valeat. Cum nimirum mater, relicta suâ sedè ordinariâ, alibi infantem sub corde gestum excludit. Quem admodum enim ipsa mater, ita quoque partus qui matrem sequitur & ejus pars esse censetur l. 1. §. 1. ff. de ventr. inspici. Domino loci subiectus est, arg. l. 6. ff. de acquir. rerum domin. §. 19. *Inst. cod.* De quaestione an originarius fiat quem mater in transitu per alienam civitatè edit, *vid. Dn. ad l. 3. C. de municip. & origin.* *Edvard. Chamberlayne in libro de l'Etat presbit. an. 11.*

g. ciere

gleterre tom. 1. c. 4. notat, quod qui in mari natus, in mari ditioni Britannicæ subjecto, pro indigena Angli censetur. Verba sunt talia: *Nôtre loy des que la Mer est seu, la juridiction du Roy C'est pour cette raison aussi, que les Enfants qui naissent sur Mer, comme cela arrive quelque fois, sont sujets vez du Roy, sans avoir besoin d'être naturalisez comme les autres, qui naissent dans les pais, qui ne sont de l'obeissance du Roy.*

§. VI. Egregia hic occurrit quaestio, num mendici, nautæ, ac alii qui nimia peregrinandi capti dulcedine, per omnes terras vagantur & hodie in hoc crâs, in isto mundi oberrant angulo, subditis temporariis annumerandi sint: Negativam videtur amplecti *Autor Exercit. de subjectianis jure apud Frisib. part. 1. D. 2. ib. 76.* propterea quod hac ratione vagabundi censens aliquot in locis vel uno anno fierent subditi, quod foret absurda. Verum cum non videam quid hic absurdi lateat, affirmativa potius arridet, ob ea quæ plus vice simpliciter dicta sunt, nempe omnes in civitate, ubi à solo summo Imperante discesseris, esse subditos. Quis ergo vagabundorum tantus Patronus sit, ut ipsis singulare exemptionis privilegium tribuat? Quod verò credatur nusquam esse, qui ubique est, id saltem de domicilio intelligendum *l. 27. in fin. ff. ad munic. & de incol.* nec eo temporaria vel etiam momentanea subjectio tollitur.

§. VII. Antequam ulterius progrediar, vereor ne Lectori dubium aliquod suboriat, dum subditi, quos cum Grotio Temporarios voco, aut ~~temporarios~~ plane non fidelitatis juramentum præstant, quo tamen iungulo Domini suos subditos ad obedientiam maximo perè sibi adstringunt, Id quidem ambabus largior, neque de eo dubito, quin Sacramentum simpliciter præstitum sit cognitio & confessio subjectionis, nec non agnitæ superioritatis ipsorum. Puto autem cum *Reinking. l. 1. de Reg. & E. c. 1. s. 1. n. 6.* quod jusjurandum superioritatem non à priori sed à posteriori arguat, Nemo ideo censetur subditus quia jurat, sed quia subditus est ideo jurat, & vice versa, non ideo quis superior est quia recipit juramentum, sed quia superior est ideo exigit & recipit. Utor verbis *Dn. Schwederi introd. in Jus Publ. part. spec. sect. 1. c. 12. §. 1.* Exinde fluit, quod subditus sine juramento fidelitatis, licet non sine fide esse possit. Hinc Dominus feudi idem Vasallo potest remittere. *2. feud. 3. in fin.*

in *fn.* *Excellentiss. Dn. Stryck: Exam. jur. feud. c. 2. Q. 22. c. 13. Q. 3. addatur alleg. Disp. de subjeot. jur. apud Fritsch. th. 75.*

§. VIII. Quo remoto obstaculo operæ pretium erit, nec vulgarem nec ignobilem istam quæstionem tangere, utrum Rex s. summus Princeps in alterius Regis seu Principis vivens territorio, hujus Temporarius sit subditus: Equidem negandum illud omninò arbitror. Videor fortassis mihi contradicere, qui toties repetii, omnes in alienâ degentes civitate, supremæ potestati ibidem esse obnoxios. Ast additum memini: nisi quid sit quod subjectionem impediatur, *th. 2 in fn.* quod observatu dignissimum & hùc trahendum. Nam præter hoc, quod Reges pares sint, & par in parem nullum habeat imperium, character ille Divinæ Majestatis summis Principibus impressus non patitur eisdem ulli mortalium subjici. Principes Dei vicem gerere suprâ monitum, *c. 1. §. 5.* & videndus hac de re *Frider. Horn. de Civit. l. II. c. 1. §. 12.* Nemo verò aded injustus rerum erit æstimator, qui personam quæ Dei effigiem inter homines exhibet, quamdiu exhibet, alteri posse subditam fieri, asserat. Neque negotium iminuat, quod Rex non in suo sed alterius Regno versetur, illa enim Majestatis nota ita Personæ inhæret, ut ubique circumferatur, & vix quisquam sine rubore dixerit, eam instar vestimenti abjici posse & iterum indui. Optimè hùc quadrant *Bodini* verba: Qui Majestatis radiis coruscat, post Deum immortalem subditus sit nonini: quod si cuiquam servire, aut imperanti parere cogatur, seu spontè seu invitè id faciat, Majestatis nomen amittit. *l. 1. de Republ. c. x.*

§. IX. Quod Serenissimos Imperii nostri Romano-Germanici Principes atinet, fatendum, quod Ipsorum superioritas territorialis Majestas *κατ' ἐξουσίαν* s. secundum excellentiam dici non possit. Imperatori enim ac Imperio arctissimo fidelitatis & obedientiæ vinculo adstricti sunt, quod ipsi non diffidentur, & patet ex formulis juramentorum, quibus jurant *dass sie wollen Röm. Kais. Maj. und allen derselben Nachkommen / am Reich / Röm. Kaiser. Königen / und dem H. Reich gehorchen und hold / gehorsam / und gewertig seyn &c. vid. Forml. exhib. à Dn. Stryck. in append. exam. j. f. N. 15, 16.* Adedque quoties in alterius Imperii Principis sunt territorio, ejus quidem subditi neutiquam sunt, ubique tamen reverentè colunt authori-

B

tatem

tatem Cæsaris & Imperii. Quid verò sentiendum; cum extororum v. gr. Galliarum aut Hispaniarum Regum terras ingrediuntur? Ut verum fatear, minimè gentium Horum videntur fieri subditi Temporarii. Homagium enim quod Imperatori præstant, non est tantæ efficaciarum ut propter hoc merè fiant subditi, sicut nec ipse nexus feudalis, cæteris paribus, jus demit summi Imperii, docente *Grot. l. 1. de Jur. Bell. & Pac. c. 3. §. 23.* Et iniquum certè foret, si illa regiminis forma, quæ Principibus idè placuit, ut conjunctis opibus & consiliis eò felicius res magni momenti expedirent, eorundem dignitati, quæ certè maxima, apud exteros derogaret, qui cum Illis tanquam *avec des Princes Souverains* fœdera sæpius pangunt, eosque fratres appellere vix amplius dubitant. *Vid. tractat. cujusd. Cesar. Furstenorii de suprematu Princip. Germ. c. 23. & pluribus sequentibus.* Prætereà quamvis Principum nostrorum potestas non sit planè libera ac summa, est stamen adè universalis & ampla, ut supremæ potestati genus quoddam sit analogum, uti sentit *Illustris Dominus Ludolph. Hugo Cancellarius in aulâ nostrâ Hannover. splendidissimus, de statu Region. Germ. c. 2. §. 9.* Fulgent juribus Majestaticis Principes, & quod maximum, de summâ Imperii potestate participant propter jus quod habent in comitiis. *Vid. iter. Instit. J. P. Nobiliss. Dn. Præsid. l. 3. tit. 13. §. 10. pag. 412.*

§. X. Quod hæcenus de Regibus & Principibus dictum, idem ad eorundem Legatos extendendum arbitror. Cum verò Legati vox generalius sumatur pro omni qui publico nomine mittitur, discernendi erunt Legati (*Ambassadeurs*) Ablegati (*Envoyés*) & Deputati (*Deputés*) *Vid. Textor, Synops. Jur. Gent. c. XIV. n. 31.* An hi omnes à subjectione Temporariâ æstinandi liberi, difficultate non caret. Dici posset quod tantùm Legati primi ordinis seu Ambasciatores, qui caractere repræsentativo vestiti sunt; nam quod Legatis repugnet subjectio, dependet à Personis mittentium, quorum Majestatem exhibent. Quare manifestum videtur, non posse sibi Principes sanctitatem arrogare, à quo Princeps plenè repræsentari non voluit. Ast opponi posset, quod injuria fiat secundi ordinis Legatis, si hoc casu separantur ab iis, qui sunt primi ordinis, quoniam utrique propter suos principales sunt inviolabiles, & eadem fide recipiuntur licet non eadem pompâ & solennitatibus. *Vid. Instit. Jur. Publ.*

*Excel.*

Excellentiff. Dn. Rbetii l. 17. tit. xxiii. §. 2. Alia est quæstio & hic non determinanda, utrum jurisdictioni Principis se subtrahant, qui in palatia Legatorum confugiunt. Vehementiffimè hæc controversia his annis, est agitata inter summum Pontificem & Regem Galliz, occasione receptaculi quod Marquissus de Lavardin, Galli Legatus criminumreis Romæ præstitit. Vide quæ Talonius, Advocatus Regius in suprema curia Gallicana, Regis causam defendens præterlapso anno in lucem edidit.

### C A P. III.

## De effectibus subjectionis Temporariæ.

- I. *Effectus sunt jura utrinque competentia.*
- II. *Subditis Temporariis tribuenda res utilitatis innoxie, & officia humanitatis.*
- III. *An hæc pertineat libertas ambiendi matrimonia Q.*
- IV. *Iisdem commercia non planè deneganda.*
- V. *Justitia administranda citiffimè.*
- VI. *Quædam non omnibus subdit. Tempor. competunt*
- VII. VIII. *An Principi in bona subdit. Temporar. dominium eminens competat :*
- IX. *An ipsorum navibus & aliis rebus uti liceat :*
- X. *An bona tributis & vectigalibus onerari queant :*
- XI. *An juri detractus subjaceant :*

XII. *Ad quid teneantur subditi Temporar. ratione personarum.*

XIII. *Ad fidelitatem & obedientiam cogi possunt, nec non ob delicta commissa puniri.*

XIV. *Reges in alterius Regno delinquentes pœna non sunt capaces.*

XV. *Neque Principes Imperii extra Imperium.*

XVI. *Neque Regum & Principum Legati.*

XVII. *An collecta subditorum Temporar. personis possint imponi: An liceat eos cogere ut arma sumant, obsides eant, & Dominum extra territorium sequantur.*

§. I. **P**er effectus subjectionis Temporariæ nihil aliud intelligo, quàm jura inde emergentia. Quæ fortè melioris ordinis ergo dispesci poterunt in ea, quæ subditis ob temporariam obsequii gloriam jure meritoque à Superiore concedenda; & ea quæ Superiori ob summam Imperii auctoritatem in eisdem jure meritoque competunt. Placet hac vice ab illis ad hæc progredi.

§. II. Primò quidem asserendum videtur, quod citra injuriam subditis Temporariis non possint denegari, quæ hominibus, qui non sunt hostes, communiter competunt. Studio haud proletario hanc materiam pertractat *Grot. l. 11. de Jur. Bell. & Pac. c. 2.* Præter res utilitatis innoxie, seu quæ sine nostro detrimento aliis communicari possunt & quæ accipienti sunt utiles, danti non molesta, hæc præ reliquis retulerim jus hospitii, & concessionem eorum, quæ vita nostra ob miseriam, quæ est, conditionem desiderat & quasi anhelat, puta alimentorum, vestimentorum, medicamentorum *Grot. cit. cap. §. XI. & XVIII. conf. eund. de mar. libro c. 6. pag. m. 14.* Non sunt homines sed monstra ac portenta humani generis, qui talia peregrinis honestâ de causâ à domo sua absentibus concedere



dere recusant. Inde etiam est, quod gentes nonnullæ incultæ aliàs ac barbaræ extraneos hospitio comitèr excipere soleant. *vid. Pufendorff. l. 3. de J. N. G. c. 3. §. 9.* Sanctissima Naturæ Lex quæ omnes obligat id ipsi exposcit. Quis nostrum grande nefas non duceret, qui à Suis remotus hospitio se arceri, sibi que denegari videret, quibus fragile corpus sustentaret, conservaret, tegetet. At ipsi rectæ rationis dictamen à Deo nostris cordibus inscriptum vult, ut ne alteri faciamus, quod nobis fieri nolumus.

§. III. Utrum vero istis rebus, quas vita necessariò desiderat, rectè annumeretur libertas ambiendi & contrahendi matrimonia, de eo certarunt Juris Naturalis & Gentium scriptores, & illis adhuc quodammodo est sub iudice. Cœlibatum, ubi vires corporis sunt integræ, non nisi excellentibus animis convenire, optimè dictum à Grotio *cit. cap. §. 21.* An autem eà de causa cogi possint mulieres, ut cum extraneis, à quorum moribus & Religione sæpe abhorrent, nuptias ineant, ambiguitate non caret. Solidè rem exponit *Bœclerus in comment. ad d. l. Conf. Pufend. cit. cap. §. 13.*

§. IV. Post res utilitatis innoxie & humanitatis officia, commerciorum exercitium subditis Temporariis concedendum arbitror. Nam sublatis commerciis, ipsum fœdus humani generis rumpi censetur, *Flor. l. 3.* Hæc autem negotiandi libertas pro ratione damni aut incommodi in Rempubl. redundantis, certis limitibus licitè circumscribitur. Amor ordinatus incipit à se ipso, & non vetatur in pari negotio nobis potius quàm aliis consulere. Proinde Rectoribus civitatum incumbit, ut omnes nervos in id intendant, quò cives imprimis & perpetui locupletentur subditi. Observarunt hoc conditores juris Lubecensis, quod non permittit peregrino merces in urbem translatas aliis quàm civibus vendere, *verb. Fremder sol mit fremden niche handeln.* Permissum igitur extraneo non tantum ibi sed & aliis in locis ubi idem jus viget, & emere & vendere, sed non nisi à cive & civi, cui hoc loco privilegii civilis indultum est. *Vid. Mevium ad jus Lubecense L. 3. tit. 6. art. 7. n. 3.*

§. V. Quatenus Temporarii subditi statuti sint, idem docet ubi commorantur & fortè contrahunt, ligati sint, idem docet *Mevius quæst. preliminar. 14. per tot.* Quod si delictum cuius fortè

accusantur, non sit vetitum jure naturæ aut gentium, res judicanda erit ex jure civili populi unde veniunt, monente Grotio *l. 2. c. 21. §. 17.* præsertim si diu in isto loco non fuerint versati, tunc enim tam acerbam delicto pœnam ibi statutam ignorasse videntur. *Mev. d. quæst. n. 11.* Notandum quoque quod ratio paritèr ac æquitas postulet, ut peregrinis quam iustissimè juris porrigatur auxilium, ne magno cum dispendio numerorum & temporis, executionem expectare cogantur. Receptum hoc in maritimis urbibus celerrimi judicii genus *das Gastgericht/ Gastrechts* dici solet. *Vid. Speidel. specul. jur. hist. polit. voce Gastgericht. Mev. ad jus Lub. l. 3. t. 1. art. 1. n. 51. Habn. obs. ad Wzsenb. tit. de judic. n. 5. in fin.*

§. VI. Quæ hætenus dicta sunt, sine discrimine subditis Temporariis accommodari queunt. Qui verò expresso suo consensu certæ societati aut ordini se obtulère, illi præter hæc meritò quoque gaudent privilegiis, quibus ordo cui se ad tempus consecrarunt præditus est *vid. cap. 2. §. 3.* Sic studiosi quocunque locorum inter moratiores gentes degant, non tantùm fruuntur immunitatibus, quibus gloriosissimi Imperatoris Frederici pietas in *aurib; Habita quidem &c. C. ne fil. pro patr.* eos beavit, sed & reliquis, quæ fortè Academix, in quâ litteris invigilant, à summa potestate indultæ sunt. Quò jure referendum insigne privilegium à Præ-Potentibus Hollandiæ Ordinibus huic nostro Athenæo concessum, cujus beneficio Academix subjeçti, Cæteris Bacchique liquores, ut ita loquar, propter remissam accisam longè veliori pretio, quam alii, sibi comparare possunt.

§. VII. Sed non immorabor hæc diutius dum ad excellentiorem totius disputationis partem festino, ostensurus pro ingenii tenuitate, quid ipsi summo Principi in res & personas subditorum Temporariorum liceat. Primò quidem non ignobilis est illa quæstio, utrum in horum bona Dominium eminens ipsi competat: Naturam istius Domini, quod ipse *Ziegl. in not. ad Grot. l. 2. c. 3. §. 4.* licentioris politicæ commentum appellat, evolvere non est nostri instituti; operam hac in re non contemnendam præstitère insignes Viri, *Hornius de Civit. & Bæclerus in laudato ad Grotianum opus commentario.* Sufficiat hic noscè, quod supereminens Dominium nihil aliud sit, quam facultas supremæ potestati in civitate competens, de bonis rebusque pri-

vatorum perfectè disponendi, boni communis & publici causâ. An hæc disponendi potestas quam habent Reges & qui par Regibus jus obtinent, peregrinorum quoque bona ambitu suo comprehendat, id est quod à me jam quæritur.

§. VIII. Affirmativam sine ambagibus amplectar, nec credo à sententia mea alienum ipsum incomparabilem Grotium, quem primum Domini eminentis vocabulo usum ferunt. Is quidem conceptis verbis *L. 2. c. 14. §. 3. Jus exterorum*, ait, (*hoc est qui nullâ ratione subditi sunt*) *supereminenti dominio nullo modo subest*. Verùm vir summus jam supra peregrinos in nostra versantes civitate, aliquâ ratione subditos dixit, dum eos vocavit subditos temporarios. Ergo juxta eundem supereminenti quoque subsint dominio necesse est, si quidem eos tantùm excipit, qui nullâ prorsus ratione sunt subditi. Boeclero *in comment. l. 1. c. 1. p. 118.* nihil verius videtur hoc dicto: *Qui ex causa temporaria agnoscere tenetur summam potestatem hujus aut illius civitatis, sive subditum temporarius factus est, ille non potest in tantum detrectare aut defugere auctoritatem Domini eminentis*. His addi potest, quod Princeps Deus quasi sit in suo territorio, dum ipsius vicem gerit; quemadmodum igitur Deus Dominium in omnes res hujus universi, ita Princeps Majestatem à Deo habens idem in omnes res, quas Regnum cui præest continet, meritò sibi vindicat, parùm de eo sollicitus, sive illæ res ad perpetuos, sive ad temporarios subditos pertineant. *Conf. qua cap. 1. dicta sunt.*

§. IX. His fundamenti loco positis multa eaque insignia jura licet superstruere, inter quæ non est minimum, quod Majestas non tantùm bona exterorum in suis terris, sed etiam naves in mari suæ ditioni subjecto deprehensas, in publicum usum possit convertere, dummodo communis Reipubl. utilitas id ipsum exigat. Amplissimi Batavorum portus nunquam non aliarum gentium navibus referti sunt, quod si jam tanta classis ab hoste quodam esset instructa, ut ad eandem repellendam omnibus istis navibus indigerent, possent; credo, illis uti, quamdiu publica necessitas hoc efflagitaret. Imò ne prætereuntium quidem naves forent liberæ, ipso fatente *Ziegl. in not. ad Grot. l. 2. c. 2. §. 10.* Pari ratione si qui essent in alienâ civitate auro argentoque onusti, liceret supremæ potestati pecuniam sub obligatione mutui etiam ab invitis accipere & in belli sum-

tus

tus impendere. Exempla non inelegantè rem declarantia de Elisabetha Angliz Regina ex *Camdeno* affert *Dn. Boetlerus* *cit. loc.* qui tamen pie monet, magnopere cavendum esse, ne publica juris nomina avaritiæ & injuriis obtentui sint. Er certè summa æquitas suadet, ut finito usu res oblatæ, aut si non possint, illarum æstimatio dominis restituatur, *Grot. l. 2. c. 14. §. 7.* Quod quidem laudatus Hornius arbitrio Majestatis relinquit, qua in re assentientem habet, oraculum illud eruditorum, *Hermann. Contingium l. 2. de finib. Imper. c. 19.*

§. X. Ex eodem jure supereminens dominii id quoque fuit, quod Majestas exterorum æquè ac indigenarum bonis in suo sitis territorio, tributa possit imponere. Sicut enim non absurdè dictum, in res singulorum majus esse dominium Regis, quam dominorum singularium, *vid. Grot. l. 1. c. 1. §. 6.* ita quoque nihil injustitiæ continet, si Rex propter summum in omnium fortunas dominium, singulis annis vel mensibus non nihil exigat. Ast boni Principes moderatissimè in hoc versentur negotio, & identidem animo reputent, pecuniam subditis, propter difficillimam acquisitionem, alterum esse sanguinem qui nunquam sine sensu & dolore mittitur. *Vid. Frid. Horn. l. 2. c. 4. §. 17. n. 13.* Principes non tantum Magni, Felices & Augusti, sed etiam Patres patriæ appellantur, ut se simul Patrem sciant & Dominum. *Conf. Senec. l. 1. de clement. c. 14.* Quod vectigalia concernit, nullum est dubium, quin à subditis temporariis pro evehendis invehendis aut distrahendis mercibus possint exigi. Nam vectigalia peregrinorum causâ potissimum sunt instituta, & Principi, cujus sumtibus pontes ac publicæ viæ reparantur, cujusque curâ mare à piratis & Terra à latronibus tuta præstatur, damnosum foret summum quod gerit officium, nisi compensationis loco aliquid sibi posset sumere. *Grot. l. 2. c. 2. §. 14. c. 3. §. 14.* At cavendum ne modus excedatur, inde enim pendet justitia ut tributi ita & vectigalis. Neque etiam onerandi sunt, quos singularis officii vel personæ favor merito immunes præstat. Tales sunt Legati, Consiliarii Principum, Professores, Doctores, Studiosi & alii. *Vide eximium Istorum decus, Virum astate, experientiâ & virtute gravem, Dn. Struvium Synt. Jur. Civ. Exerc. xxxix. th. 48.*

§. XI. Huc etiam omninò referendum jus detractionis, vi  
cu-

cujus suprema potestas de bonis, quæ in aliud territorium transferuntur, certam portionem sibi servare potest. Quod subditi temporarii æquæ ac perpetui hoc jure obligentur, facile defendi potest ex iis, quæ *Dom. Praeses in sapientia laudat, Instit. Jur. publ. l. 3. s. 18. §. 47.* de jure detractus eruditè dixerit.

§. XII. Sed brevitatis studio non tangam reliqua ex dominio eminenti profluentia. Quid tamen juris in ipsas subditorum temporariorum personas Principi competat, breviter adhuc investigandum, quod certè argumenti dignitas postulat. Nonnulla sunt, ad quæ peregrini non nisi necessitate exigente; Aliqua, ad quæ non minus temporarii quam perpetui subditi semper cogi possunt, puta, ut suprema potestati fidelitatem præstent ac obedientiam, deinde ut legibus, statutis ac moribus loci se conformes gerant, *de quo th. 3. h. c. nonnihil dictum, v. Grot. sit. l. 2. c. 2. §. 5.* & denique ut eundem quem perpetui, tam in civilibus quam criminalibus, agnoscant judicem.

§. XIII. Nihil sanè justius nihilque rationi convenientius, quam ut fideles obedientisque simus iis, à quibus defendi volumus. Qui alieno populo ad tempus se admiscunt, nullum aliud contra sceleratorum vim ac injuriam desiderant præsidium, quam ipsum summum Principem, qui gladium scelerum vindicem manu gerit, ad cujus aspectum exalbescunt, & omnibus artubus contremiscunt impii. Compensent igitur hanc tutelam, si nullà alia re, saltim fide & obsequio. Et profectò nisi ab omnibus hæc duo taticè sibi promitteret Majestas, vix ac ne vix quidem pateretur, peregrinos seu alibi natos suas terras ingredi. Proinde merito potestatem sibi vindicat eisdem coercendi, si Legibus à se latis, & consuetudinibus à se approbatis, obtemperare noluerint. Imò propter summum quod in omnium capita habet imperium, etiam ad extremum supplicium eos potest rapere, si quid morte expiandum commiserint.

§. XIV. Ardua hic oritur quæstio, an Rex seu summus Princeps, sicuti privatorum, ita quoque alterius Regis extra proprium Regnum versantis competens judex sit, & quidem in causis, quæ maximi sunt momenti, criminalibus: Summoperè hæc controversia à prudentibus est agitata superiori seculo, oc-

cessione tragici exitus, quem Maria Scotiz Regina in Anglia  
 experta est, de quo vid. *Historicorum postrema hujus atatis facillè*  
*Principem, Jac. Aug. Thuanum in hist. sui tempor. l. 86. ad An-*  
*nam 1586.* Non potest non à me apprehendi affirmativa, pro-  
 pter ea quæ *thes. 3. sup. præc.* allata sunt, ubi ostensum, quod  
 Rex non fiat alterius Regis subditus temporarius, propter Ma-  
 jestatis characterem quem ubique circumfert, & cujus intuitu  
 etiam apud exteros est instar totius reipubl. Si non est subdi-  
 tus, non poterit puniri, quia nemo pœnam propriè dictam al-  
 teri potest infligere, nisi in ipsum habeat imperium; hanc non  
 meretur assensum Grotius, quando *l. 2. c. 20. §. 3. & alibi docet*, ipsâ naturâ determinatum non esse. cuiam potestas su-  
 mendî pœnas ab aliis competat, & naturaliter nocentem ab  
 innocente puniri posse. *Vid. Ziegl. ad d. l. & Dn. Pufend. l. 8. de*  
*Jur. Nat. & Gent. c. 3. §. 7.* Quod si vero Rex in alterius Re-  
 gno non nihil contra publicam Reipubl. tranquillitatem, vel i-  
 psum Monarcham moliretur, nullus dubito, quin ceu hostis in-  
 vadi, & si necesse foret, etiam trucidari possit.

§. XV. Serenissimi Imperii Principes, quia & ipsis subjectio  
 temporaria repugnat, uti ex supra dictis patet, *v. c. 2. thes. 9.*  
 itidem citra summam injuriam non poterunt pœnis affici, si  
 fortè in exterorum Regum territoriis deliquerint. Nam habitâ  
 ratione exterorum & Ipsi sunt supremi seu *Souverains*, & solam  
 Cæsaris ac Imperii auctoritatem denissè volunt; hinc etiam ob  
 atrocius delictum alibi commissum coram Imperatore conveniri  
 poterunt. An etiam coram Austregis, id Eridos quasi potum est  
 inter DD. juris publici. Affirmantium partes tuentur *Limano*  
*tom. 1. J. P. l. ix. c. 5, n. 63. sequ.* & alii, quorum nomina ibidem  
 adscripsit; Negantium, *Dn. Sching. collag. Jur. publ. vol. 2. Exerc. 3.*  
*lib. 13. lit. d. Dn. Ströck. disp. de For. Austreg. n. 54. seq. Schwed. in-*  
*roduç. in jus publ. part. spec. Sect. 2. c. 17. §. 13. 14. Excell. Dom.*  
*Vitriarius, Præceptor meus quem nullis hâudum encomiis dignè*  
*fatis decorare possum, in Instir. J. P. l. 4. t. 5. §. 12. et lectio-*  
*nem ipsius textus in O. C. p. 2. t. 2. pr. Lectorem remittit, &*  
*judicio ejus decisionem relinquit.*

§. XVI. Sicut ipsi Reges ac Principes, ita quoque eorundem  
 Oratores & Legati suppliciiis apud exteros non sunt obnoxii.  
 Eadem enim hic militat ratio, quia scilicet Legatus non est sub-  
 ditus

ditus temporarius ob personam mittentis quam repræsentat; diu fingitur esse Princeps, qui est extra territorium; quam fictionem, ut mihi quidem videtur, sine ratione in Grotio culpatur *Hornius l. 11. c. VIII. §. IX. num. 17. Conf. c. 2. ib. 10.* Majestas igitur quæ Principis, Legati quoque caput tuetur, & nec plus nec minus in Legatum debet licere, quam ipsum Principem. Hinc si committat crimine in privatorum injurias tendentia, illa dissimulanda suadet *Gros. l. 11. c. 18. §. 4. n. 5.* si verò vim armatam intoret, populum concitet, aut in caput Regis conspiret, de jure gentium occidi poterit, sicut & ipse Princeps, non per modum pœnæ tanquam subditus, sed per modum defensionis tanquam hostis nefaria moliens. *Vid. Grotii d. c. 18. §. 4. n. 7. & imprimè Dn. Ziegl. ad d. §. n. 5. verb. quæsi extra territorium. Horn. l. 2. c. 8. §. 9. 10. Add. Frid. Marselaet de Legat. l. 2. diff. 13.*

§. XVII. Suprà dictum, quod quædam sunt, quæ non nisi extremâ efflagitante necessitate Principi in subditos temporarios liceant. *v. ib. 12.* Talia sunt: Jus collectas ipsorum personis imponendi *v. gr. tributum capitis. Köpff, Steuern / Köpff Selber / vid. dissert. de trib. apud Frisch. vol. 1. D. 11. lib. 42.* Jus armorum usum exercituumve ipsis injungendi, *Indes weße und waffen aufzugelien.* Hæc & similia jura eo tantùm tempore in peregrinos Principi competere, quo immensi sumtus & vastissimi exercitus ob imminens periculum sequuntur, æquitati videtur consentaneum. Illud adhuc quæri posset, an subditi temporarii obsides dari, nec non dogi possint, ut Dominum temporarium extra territorium sequantur, ob sic *sür Herrsfolge können gezwungen werden.* Utrumque negandum arbitror, eâ motus ratione, quod subjectio temporaria expiret, simulac subditi alterius Principis ditionem ingressi sunt, quodque tunc perpetuus Dominus eos vindicare queat, quod litteris avocatoris, uti vocantur, solet fieri. Præterea si ne cives quidem promiscuè cogi possunt, ut obsides cant, & hostium sese exponant arbitrio juxta *Gros. l. 111. c. 20. §. 52. & Ziegl. in animadvert. & si nequidem Vassalus semper & ubique invitus tenetur Dominum feudî extra territorium militantem comitari, arg. 2. feud. 107. in fin. Thom. Crag. l. 2. de feud. diq. 11. pag. 212. 213. quis subditos tempo-*

rarios his molestiis eum labit , qui certè majori fide ac obsequio , quam isti , Principi nequaquam devincti sunt ?

## C A P. IV.

# De contrariis subjectionis temporariæ.

- I. *Modi, quibus desinant esse subditi temporarii.*
- II. *An inviti retineri queant :*
- III. *An iidem inviti & innocentes è civitate possint ejici :*
- IV. *Finis dissertationis.*

§. I. **D**e morte naturali, quæ omnia solvit & dirumpit, Novell. 22. c. 20. pr. ut & de modis istis extraordinariis, si forte Chasma, incendium aut terræ motus quempiam absorberat, nihil hac vice dicam. Cæteram valdè naturale esse, eo genere quidque dissolvi quo colligatum est, docet *J. C. in Ulpianum in l. 35. ff. de Reg. Jur.* Quam regulam huc quoque quadrare comperio. Sicut enim fiebant, ita quoque desunt esse subditi Temporarii, vel expresso consensu, vel facto. Priori modo; cum discessuri Societati renuntiant, vel iis valedicunt, quorum jurisdictioni hætenus subiecti fuere, quod ingenuos & honestatis amantes non dedecet. Posteriori modo, factum potest esse vel licitum, ut si quis terram peregrinam relinquat ignorantibus discessum superioribus; vel illicitum, ut si quis ob delictum commissum è Regni finibus jubeatur excedere. Fit hoc per relegationem, quæ si est publica, die *Landes Verweisung* / si privata, die *Landes Neimunge* dicitur. Facit hoc discrimen *Coloberrimus Dn. Lynckerus, Consil. Saxo Vinar. intimus; & in Acad. Janens. Prof. primar. Præceptor meus pie semper colendus, in not. MS. ad tit. ff. de interd. & releg.*

§. II. Coronidis loco par: nobile quæstionum hæc pertinentium



tium adhuc movebo. Nimirum an subditos temporarios invitos retinere & invitos ejicere sit licitum: Quod ad primam atinet, iniquissimum & à Gentibus rectè suâ ratione utentibus alienissimum dixerim, peregrinis, quos vel discendi vel negotiandi amor, vel minus secunda fors aliquò detulit, discendenti libertatem auferre. In insula Corea solent incolæ peregrinos adventantes captivos ducere, & nunquam iterum dimittere. Docent hoc exemplo suo Batavi, qui in Japoniam ire intendentes, & in Oceano naufragium passi, durâ necessitate coacti istam insulam ingressi sunt. Simulac advenerunt, in vincula sunt coniecti, & cum dimissionem peterent, repulsam tulere. Vide *les Ambassades des Hollandois, vers l'Empereur du Japon tom. 2. pag. 172.* ubi miseri, qui fugâ tandem salutem, de qua desperabant, per mille discrimina quaesiverunt, has movent querimonias: *Pour retourner d'ou nous venions l'on ne nous a poin voulu écouter, & le Roy nous a donné pour raison, que les loix de son Royaume defendoient expressement d'en laisser sortir les estrangers, que le sort y auroit conduits, & qu'ils devoient enfin se résoudre à y mourir.* Plura vid. *loc. cit.* Verum quis Barbarorum hac in re premet vestigia? Rectius philosophatur Grotius l. 11. c. 5. §. 24. ubi ipsos cives, licet non impetratâ veniâ, de civitate posse abscedere docet, nisi societatis interfit, vel gregatim velint discedere. *Conf. l. 31. ff. ad municip. l. 5. §. fin. verb. si malit. ff. de captiv. & postlim.* Multò magis idem licebit peregrinis, quibus animus perpetuò ibidem commorandi nunquam fuit. Si vero subditi temporarii magnum æs alienum contraxerint, nec parati sint in præsens illud exsolvere; item si gravis obsidio aut aliud præsentissimum periculum civitati instet, poterit & ipsis sine injuriâ denegari abitus, quod & experientia testatur. *Vid. Grot. cit. l. & Dd. in comment.*

§. III. Ad alterum quaesitum, an inviti ejici queant subditi temporarii, respondeo, quod inhumanum videatur, innocentes expellere, quos semel lubentes recepimus. Sed quid consilii eâ rerum facie, quâ ob hominum abundantiam ingens periculum extimescit civitas, ex. gr. in summâ frumenti penuriâ? Ne in tali quidem necessitate expelli posse admissos semel peregrinos, sed commune malum communiter tolerandum existimat Grotius l. 11. c. 2. §. 19. Sed Dn. Boscler. *ad hunc loc.* in

nimia egenorum peregrinorum multitudine differentiam facien-  
dam arbitratur inter addictos iisdem & diversis sacris, hos, non  
illos expellendos asserens. Quæ opinio non spernendo funda-  
mento nititur, quia & ipsa S. Scriptura hoc discrimen agno-  
scit, *Galas. vi: 10.* Sic quoque apud Ebræos pauperes è gen-  
tilibus (nisi profelyti domicilii essent) juris egenorum non e-  
rant omninò participes. *Vid. Selden. de Jure Nat. & Gent. juxta  
discipl. Ebraor. l. vi. c. 6. p. m. 733. 734.* Imò si tanta annonæ  
caritas civitatem affigat, ut indigenas & peregrinos simul su-  
stentare nullo modo possit, sed communem interitum sibi at-  
trahat, nisi aliqui emigrare jubeantur; dixerim temporarios,  
licet sint fidei consortes, excludendos, perpetuos verò subditos  
retinendos esse. Cum enim horum jus sit antiquius, æquum e-  
rit, si in pari necessitate eorundem potiùs quam aliorum suc-  
curratur miseris.

§. IV. Hæc ista sunt, quæ de subditis temporariis hac vice  
conscribere, & litterarum censura submittere volui. Malui  
rationibus quàm autoritatibus pugnare, ne tamen mihi sapere  
viderer, non potui non eorum indicare opiniones, qui verà  
eruditi orbis sunt lumina. Immortali Deo, cui servire summa  
mihi semper erit gloria, pro auxilio clementèr præstito de-  
votas ago gratias; Benevolum Lectorem eâ, qua par est, mo-  
destiâ rogo, velit omnia optimam in partem interpretari, si-  
bique firmitèr persuadere, quod omnes qui aliquâ virtutis ac  
eruditionis laude vigent, magnâ veneratione prosequatur Au-  
toris animus.

F I N I S.



N O B I L I S S I M O

DN. RESPONDENTI, Amico  
suo inter paucos dilecto hæc scripsit

P R Æ S E S.

**A**ccedentium ad loca ubi litterarum studia  
exercerentur animis meritò obversatur, au-  
reum illud Optimi Principis Hadriani rescri-  
ptum, cum ab eo Viri prætorii peterent, ut  
sibi liceret respondere: Hoc non peti, sed  
præstari solere. Ea enim est divinæ juris nostri pruden-  
tiæ natura, ut non nisi verâ & solidâ doctrinâ, vel  
acquiri vel perfici possit. Nec quisquam veri & perfe-  
cti Jurisperiti nomen meretur, nisi peritiam tractandi  
Rempublicam & negotia dextrè administrandi, cum  
prudencia leges ex æquo & bono applicandi, summo  
studio & subtili ingenio conjungendam existimet. Do-  
ctrina & usus, ut in aliis ad vitam civilem pertinenti-  
bus, ita in nostra juris scientia requiruntur. Qui solâ  
experientiâ instructi sunt, sæpe in sejungendis iis, quæ  
verè utilia & cum honestate conjuncta sunt, à simula-  
cris

cris eorum & umbris decipiuntur. Recto iudicio urrum-  
que perficiendum suscepisti Nobiliff. Respondens, Com-  
mendandam Tuam eruditionem præfenti hoc specimi-  
ne omnibus conspiciendam exhibes, & cum ad vitam  
civilem natus videaris, cum morum elegantiâ & rarâ  
pietate, quæ sola est unum & certum veræ felicitatis  
principium, juris scientiam, non tantum civilis, verum &  
universalis illius, ex quo omnia reliqua tanquam ex fonte  
suo fluunt, aut certè fluere debent, felicissimè conjun-  
xisti. Quanta Tua sit eruditio in jure publico, materia  
præfens, quam hætenùs nemo, quantum nobis quidem  
constat, hæc méthodo tractavit, satis probat. Ubique  
apparet diligentia rara & curiosa, iudicium sincerum  
& verè practicum, cum summa modestia conjunctum.  
Adeo ut nobis de felici successu dubitare non liceat.  
Gratulamur Parentibus de tali filio, gratulamur Tibi  
de studiis tanta cum laude & successu peractis, gra-  
tulamur nobis ipsis de vero & erudito amico. Deus Te  
diu Patriæ, Parentibus & Amicis superstitem, Tuisque  
Studiis & consiliis benedicere velit.

